

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Ad part. 3. Quæst. 34. Decisio XCVI. Tractatur an Commissarius generalis  
Fratrum S. Francisci de Observantiâ potuerit dimittere ab eorum  
obedientiâ & jurisdictione Moniales S. Claræ, & quando aliquis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Ad part. 3. Quæst. 34.

### D E C I S I O X C V I .

Tractatur an Commissarius generalis Fratrum S. Francisci de Observantiâ potuerit dimittere ab eorum obedientiâ & jurisdictione Moniales S. Clæræ, & quando aliquis possit favori proprio renunciare?

R. P. D. R E M B O L D O.

In recent. de-  
cisi. 436 par. 3.

Vlixbonen. Monasterii.

Lunæ 2. Junii 1625.

### S U M M A R I U M .

- 1 Renunciare nemo potest iuri quo non habet.
- 2 Renunciatio juris alieni non tenet in prajudicium tertii.
- 3 Commissarius Generalis Fratrum S. Francisci de Observantiâ habet eamdem jurisdictionem in sua familia quam habet Minister Generalis in tota religione declara, ut numero 4. & 5.
- 6 Favori proprio quilibet potest renunciare.
- 7 Favori mixto, id est; proprio Galvius nemo potest renunciare.
- 8 Clericus non potest renunciari collegio clericali ut conveniatur cum judece seculari.
- 9 Jus & jurisdictione an sit idem, illatio fiat ad diversa.
- 10 Monasterium immediate subdum sedis Apostolica, non potest se subdere jurisdictioni ordinarii sive bispacato eiusdem Sedis, & nam-  
ro 15.

11 R.P.

- 11 Renuntiatio tenet in præjudicium ex-  
empti.  
12 Felix. in cap. cum accessissent num. 6.  
de constit. declaratur.  
13 Eximenter interest suam jurisdictionem  
salvam manere.  
14 Libertatis & exemptionis jus est ita  
connexum inter subditum & supe-  
riorem, ut commode separatio fieri  
non possit.
- 15 Moniales S. Clara profiterentur &  
nentur vivere sub gubernio Fratrum  
S. Francisci, & num. 17.  
16 Factum à majori parte non potest alii  
præjudicare in his qua omnes parti-  
culari tangent.  
17 Sub conditione datum illa non adm-  
plicata, non habeatur in consideratione.

**R** Everendissimus Pater Commissarius Generalis totius familie Cismontanæ  
Indiarum Fratrum S. Francisci de Observantia, & Patres Diffinitores Provin-  
ciorum obedientiæ & jurisdictione Moniales S. Claræ oppidi de Santarem, attentâ  
dd. Monialium Abbatissæ inobedientia, cum declaratione tamen, quod si eveniret,  
quod dd. Moniales suam culpam agnoscerent, & veniam peterent, datæ in omnibus  
claris, & evidenter paenitentia demonstrationibus, Pater Provincialis illas iterum  
admitteret ad suam obedientiam, quâ dimissione sub die 2. Novemb. 1620. dd. Mo-  
nialibus intimata, Abbatissa cum majori parte Monialium illam acceptavit, & Archi-  
episcopo Vlixbonæ, ut eas in suas reciperet supplicarunt, qui eis receperit, sub obliga-  
tione tamen, quod infra sex menses confirmationem à sede Apostolicâ obtinerent,  
reliquæ verò contradixerunt, & ab ea ad sedem Apostolicam ac ad Generalem ap-  
pellarunt.

Unde contingit dubitari an d. dimissio & subjectio sustineretur? & Domini  
unanimiter censuerunt tam dictam dimissionem, quam subjectiōem non sustineri.  
Quo enim ad dimissionem, ea visa fuit nulla ex pluribus. Primo quia ex constitutio-  
nibus Innocentii IV. & Bonifacii VIII. administratio d. Monasterii spectat ad Mi-  
nistrum generalem Ordinis S. Francisci, nec proprieta potuit ea dimitti à Comis-  
sario d. Ordinis, quia nemo potest renunciare iuri quod non habet. I. nemo plus juris ff.  
dereg. iur. Cephal. conf. 146. num. 2. Rebuff. conf. 186. num. 10. & renunciatio juris al. eni-  
non tener in præjudicium tertii, i. iubenum & ibi D.D. Cad. Velician. Surd. conf. 332. xu. 2.  
9. & conf. 59. n. 3. Cephal. conf. 152. n. 67. Natura conf. 470. n. 15. Seraphin. decis. 341. nu. 6. 4.

Nec obstat quod Commissarius habet eandem jurisdictionem in sua familia,  
quam habet Minister Generalis in tota religione ex constitutione Leonis X. registra-  
ta per Roderic. quasi regul. Tom. 1. qu. 51. art. 1. quia d. Commissarius habet quidem  
amplissimam facultatem visitandi & corrigendi familiam sibi subditam, non verò  
etiam immutandi statum religionis, & renuntiandi in præjudicium Ministri Gene-  
ralis & totius Ordinis, administrationi & regimini eidem Ministro Generali com-  
misso.

Ecc 3.

missio. Bald. in l. circa finem vers. inducitur etiam C. de bon. matern. Alexand. iel. Py. curatoribus num. 3. vers. intellige C. de Procuratori. quia idemmet Commissarius et subditus sicut ceteri Prelati ejusdem Religionis Ministro Generali, ut expresso tangatur in d. constitutione, ibi, ita tamen, quod Commissarius praefato Ministro Generali omnimode subicitur. & à decretis dicti Commissarii datur appellatio ad Generalem & Generalis potest cum corrigeri si deliquerit, & prohibere aliqua negotia, si causam dederint legitimam, ut per eundem Rodriguez d. g. s. art. 4. ideoque potest sine duno idem Generalis hujusmodi dimissionem sine legiūma causa factam revocare, prout cum effectu revocavit, neque cā renuente Generali in prejudicium totius Religionis sustinetur.

Secundò minus tenet dicta dimissio, quia administratio dicti Monasterii fuit Fratribus dicta Religionis, & Ministro eius Generali per summos Pontifices mandata, ex causis, & rationibus publicum favorem, & utilitatem respiciens, unde non licuit commissario sine sedis Apostolice benplacito huic administrationi renunciare, nam licet quilibet possit favori proprio renunciare l. si quis in conformato C. de Episc. & Cler. l. penult. C. de part. cum simil. non potest tamen renunciare l. vori mixto, hoc est, quando id, quod renunciatur, non solum proprium favorem, sius renunciantis, sed etiam favorem alterius, seu publicam utilitatem concernit. Ilin. in cap. si diligenter nam. 16. de foro compet. & in cap. cum accessissent sub num. 19. 8 ibidem Decr. num. 23. & 24. de confit. Castr. in l. penult. num. fin. & ibi 7a. num. 14. l. de paci. Calder. confit. 1. in fin. vers. si vero de paci. Gozad. confit. 88. numer. 20. Castr. confit. 159. ante num. 6. lib. 1. ubi adducit simile in Clerico, qui non potest renunciaris privilegio Clericali, ut convenienter coram Judice saeculari, ut notatur in C. sub-

genti de foro compet.

Nec obstat, quod in dictis constitutionibus Innoc. IV. & Bonif. VIII. deo Ministro facultas instituendi Moniales prout secundum Deum videtur expediri, quia non propterea potest censeri data facultas abdicandi administrationem ei publicam utilitatem commissari, sed tantum ea peragendi, quae circa dictam administrationem, atque ad eam explicandam sunt necessaria; facultas enim instituendi, & destituendi, ac Jus & jurisdictionem à se abdicandi sunt inter se diversa, & sic ab eo ad alterum non beneficiantur. l. Papinian. exul. ff. de minor. Surd. confit. 150. n. 9. l. 11. Reb. in prax. titul. de devol. n. 96. Paris. de regn. l. 7. quest. 24. num. 19. cum dubiis,

Tertiò non tenet dicta dimissio, vel faltem illa fuit resolubilis, quia faciliatur (ut supra relatum est) ad tempus, & donec Moniales suam culpam agnoverint, & à dicta dimissione expellaverint, illaque postea fuerit per Ministrum Generalem solemniter revocata, merito non erit amplius habenda in consideratione. Minus tenet subjectio Monialium Regimini D. Archiepiscopi, quia dictæ Moniales sunt immediatè sedi Apostolice subje-

subiectæ, & à Jurisdictione Archiepiscopi exemptæ, nec propterea potuerunt se à 10  
dicta jurisdictione sedis Apostolice eximere, & jurisdictioni seu regimini D. Archiepiscopi se subjiceret sine ejusdem sedis Apostolice beneplacito, cap. eum tempore ubi  
Abb. num. 2. de arbitr. idem Abb. in cap. 1. numer. 19. de re judic. Rom. consil. 369. num. 18.  
Surd. consil. 47. num. 25. cum aliis per Cast. consil. 432. incip. videtur dicendum sub num.  
3. circa med. vers. quod autem non potuerit expressè renunciare. Card. Mantic. decis. 237.  
num. 4. Et coram antq. mero. Greg. XV. decis. 325. num. 23. cum seq.

Nec obstat, quod testis renunciatio in praedium exempti ad trad. per Fel. in 11  
cap. cum accessissent, num. 6. de constit. quia Fel. & alii pro Monialibus adducti pro-  
cedunt, quando privilegium, cui renunciatur, respicit favorem renunciantis tantum,  
quod non est in privilegio exemptionis, quia illud respicit non solum favorem ex-  
empti, sed etiam exemptionis, ut per Abb. in d. cap. cum tempore num. 2. de arbitr. ubi quod  
interest eximentis suam jurisdictionem immediatam non perdere, quodque subdivi-  
tus suis non judicetur, nec etiam absolvatur ab alio, ideoque tali privilegio renuncia-  
ti non potest. Rom. d. consil. 369. num. 18. & talis renunciatio non tenet, nec etiam quo-  
ad renunciantes, quia ut inquit Abb. in d. cap. cum tempore num. 7. Jus libertatis, &  
exemptionis est ita coniunctum inter subditum & superiorem, ut commodè separa-  
tio fieri non possit.

Nec obstat quod Moniales se subjicerunt D. Archiepiscopo, quoad regimen  
tantum, quod erat penes Commissarium, non verò etiam quoad jurisdictionem,  
qua erat penes sedem Apostolicam; quia nihilominus dicta subjectio tendit in  
praedium jurisdictionis sedis Apostolicae, qua voluit dictas Moniales Regi per  
dictum Commissarium, & non per D. Archiepiscopum, unde non potuerunt se 15  
dictæ moniales ab hujusmodi Regimine sine sedis Apostolicae beneplacito eximere

Priuilegia, ex alio etiam dicta subjectio non tenet, quia dictæ moniales ex Re-  
gulâ S. Claræ quam profitentur vivere sub gubernio, & regimine Fratrum Ordinis 16  
S. Francisci, siue non potuerunt se contra formam dictæ Regule gubernio dicti  
Archiepiscopi subjicare.

Ex his patet etiam responsio ad id, quod dicitur, quod per dictam subje-  
ctionem, fuit factus redditus ad jus commune, quia ex primâ institutione & funda-  
tione dicti monasterii, & Ordinis quem profitentur dictæ moniales, tenentur vivere  
sub obedientia dictorum Fratrum, & in omnem casum hæc mutatio non potuit  
fieri sine sedis Apostolicae beneplacito, tam ex parte Fratrum, quibus dicta admini-  
stratio fuit à sede Apostolica ob publicam, & privatam monialium utilita-  
tem commissa, quam ex parte monialium, quæ vivere tenentur sub gu-  
bernio, & regimine illorum, quibus illæ fuerunt à sede Apostolica sub-  
jectæ.

Ultra

Ultra quod talis subjectio non fuit facta ab omnibus Monialibus, sed solum  
pretenditur facta à majori parte, & aliis contradicentibus, quo fit, ut factum à  
majori parte, non possit aliis præjudicare in his, quæ omnes in particuli tangunt, q.  
cum omnes, & ibi glossa Et. El. num. 15, de consti. Capit. decr. 152. num. 3.

Nec ipse Archiepiscopus simpliciter recepit, sed cum obligatione confirmatio-  
nem à sede Apostolica impetrandi, quæ nunquam fuit subsequuta, & sic accepto  
19 fine effectu remansit, per reg. quod datum sub conditione, illâ non adimplita, non  
habetur in consideratione. Card. Manic. dec. 245. num. 9. cum simil.  
Et ita fuit resolutum utraque parte informantे, &c.

## DECISIO XCVII.

Papa si immunitatem à jurisdictione ordinarii alicui  
Monasterio concesserit, illudque receperit sub  
protectione sedis Apostolicae, & ejus admini-  
strationem aliquibus concescerit, non posse  
deinde isti in præjudicium Papæ & sedis Aposto-  
lica iterum se subjecere jurisdictioni ordinario-  
rum.

R. P. D. C O C C I N O.

*Deciso 461.  
par. 1. recept.*

Vlixbonen, Monasterii.

Mercurii 19. Novemb. 1625.

S U M M A R I U M.

- 1 In Rota ad effectum preventionis se-  
tendatur presentatio commissionis. 2 Moniales S. Clara sunt exempla à ju-  
risdictione ordinariorum, & S. Sidi  
Apost.